

Lib. de Ani
ma cap. 2.

In ptetiofa
Margarita
nouella.

Ars neque
rationibus
sufficiēter
probari, ne
que argu-
mentis cō-
uelli po-
test.

In testamē
to.

Alchimic
veritas in
capacitate
intellectus
& experiē-
tia cōsistit.

Lib. 1. ca. 1.

Non expe-
dit seiri ar-
tem esse o-
mnio verā
& certā &
quarc.

etiam ipso Auicenna, neminem magisterium lapidis
vnquam negasse, qui esset sapiens. Saltem fileant, &
quæ ipsi ignorant non condemnent, & cum eodem Aui-
cenna meditentur, hæc ars si sit, quomodo sit; & si non
sit, quomodo non sit; aut tempus expectent, quo Deus
ad Turcarum tyrannidem coercendam aut aliam ob
causam aliquem fortasse excitet aliquando, qui artem
verissimam esse palam comprobabit, quamuis etiam
absque ea potens sit Deus nominis sui hostes profligare,
& euertere. Aut si tacere nolint, philosophico disputan-
di more & sine maledictis agant, & primum rationes
Petri Boni Ferrariensis & aliorum conuellant, quan-
quam ars ista neq; rationibus satis probari, neq; etiam
disputationibus labefactari possit. Ideo Raymundus Lub-
lius, qui exquisitissime alioquin omnium, quæ in arte fi-
unt, rationem reddidit, non curauit ipsius veritatem
verbis aut argumentis asserere, sed tantum ait, Id quod
experimento oculari videtur, probatione non indigere.
Et Beatus Thomas de Aq. ad fratrem Reinaldum. Non
cures, inquit, de verbis philosophorum modernorum &
antiquorum de hac scientia differentium, cum in capa-
citate intellectus & in demonstratione experimentali
Alchimia sedem sibi constituerit. Imo neque expedit
sciri artem hanc esse veram & omnino certam, vt illud
Plotini de dubijs Animæ differentis, hic maxime locum
habeat, qui dicit: operæ pretium esse considerare, vtrum
omnes de anima dubitationes soluendæ sint, an potius
in dubitationibus ipsis lucrum sit collocandum. Nemi-
nitaque mirum esse debet, si D. Thomas, Lullius, &
alij doctrina & ingenio præstantes, neglexerint artem
verbis tueri, cum hominum dubitatio lucro potius quam
damno illis & posteris omnibus cesserit. Ea enim ratio-
ne le-